

Occasionalia W-179.
potissimum carmina
vol. I. fasc. 19. ~~179.~~

Centuria annulariorum singulorum.

Urg. W-179.

SPLENDIDISSIMAM S. R. I. LIBERI
BARONIS AC BANNERESII
DIGNITATEM

AVGVSTISSIMO IMPERATORE
CAROLO VI
PER-ILLVSTRI ATQVE EXCELLEN
TISSIMO DOMINO
DOMINO

**IO. AEGYDIO
ALEMANNO**

DYNASTAE SCHMIDEBERGAE
POTENTISS. POLONIARVM REGIS
ET SAXONIAE ELECTORIS A CON
SILIIS SANCTIORIBVS AC SVMMI RERVM
METALLICARVM DIRECTORIS VICEM
GERENTI

HEROI AC LITERARVM PATRONO
DIVINVM HUMANVMQVE DECUS
COMPLEXO

CLEMENTISSIME IMPERTITAM
PIETATE ATQVE OBSERVANTIA DECENTE
GRATVLATVR

ACADEMIA VITEMBERGENSIS

SIc, sic, resurgas, Gens ALEMANIA,

Ad dignitatum culmina, brachio
Quas prisca largo fudit aetas,
Quas ueterum monumenta nobis

Multum loquuntur. Gaudet Iberia,
Laetatur omnis Gallia, qua patet,
Et, si Tuorum gesta promunt,
Ausoniae populi triumphant.

Quid Teuto tandem? Saxo quid et ferrox?

Quid ciuis ausit Parthenopes Tuae?
Queis, fede fixa, plus salutis
Consiliis tribuere certae.

Illustris auffert AEGYDIVS nouum
Splendoris aucti conspicua decus
Virtute partum, quippe magnis
Imperio meritis probatus.

Primum facerdos in Themidis piea
Sancto senatu notitiae dedit
Cum multa iuris, tum laboris,
Ac fidei documenta firmae.

Legatus ortas compoluit grauis
Diffensiones, quae Papenhemios
Ac Praefules quosdam trahebant
Inque alias, aliaisque , parteis.

Quae plectra gestas concinerent satis
Res, queis fauorem Principis ac locum
Summos Amicos inter aulae
Is sibi promeruit patentem ?

Lufatus hunc,hunc Sarmata,Saxoque,
Hermundurorumque hunc iuga con-
caua,
Hunc literarum flos, sacramque
Eius opeim,cupide reposcunt.

Dic, ipsa summi regia Caelaris,
Dic, urbs potentis praecipua Austriae,
Vienna, dic, dic, ALEMANNVM
Gratia quam alpiceret benigna

Magni LEPOLDI, nomine Saxonis
Cum FRIDERICI, tam faceret fidem,
Quam, more maiorum, referret
Saxonibus data iura priscis.

Clementiae plus Sextus in ordine,
Quinto nec impar, CAROLVS annuit.
Ius Liberi Baronis amplum
Propitius tituloque confert.

Laete precantur Leucorides Tuae,
Haec dignitatum fors ALEMANNIAE
Gentis, quoad uoluentur astra,
Continuoque uigore, crescat!

VITEMBERGÆ
EX OFFICINA CHRISTIANI SCHROEDERI ACAD. TYPE
A. R. S. cl. 10 CC XVI

ULB Halle
004 527 771

3



TA → 06
nur 11, 27, 28 verknüpft

VO 18
VIDT



SPLENDIDISSIMAM S. R. I. LIBERI
 BARONIS AC BANNERESII
 DIGNITATEM
 AVGVSTISSIMO IMPERATORE
 CAROLO VI^{AB}
 PER-ILLVSTRI ATQVE EXCELLEN
 TISSIMO DOMINO
 DOMINO
 IO·AEG
 ALEMA
 DYNASTAE SCHM
 POTENTISS· POLON
 ET SAXONIAE ELEC
 SILII SANCTIORIBVS AC
 METALLICARVM DIREC
 GERENTI
 HEROI AC LITERAR
 DIVINVM HUMANVM
 COMPLEXO
 CLEMENTISSIME IN
 PIETATE ATQVE OBSERVAN
 GRATVLATVR
 ACADEMIA VITEM

